ſed & centroſa ſcobe dinoſcunt̄, nō-
nunquam etiam puſtulis argenteis in
tus nitentibus.

De Adamante. Cap. XV.

MAximam in rebus humanis ſibi gloriam aſciuit Adamas, multo quidem æuo ſolis regibus & ijs paucis agnitus. Nunc autem tam creber vt omnibus penè in delicijs ſit & luxu. Eſt autē generoſiſsimus Adamas colore ferro candenti haud abſimilis. Fatiſcit hircino ſanguine, maximè ſi aliquot ante dies hircus petroſelino, ſilere montano & vino ſit educatus: plumbo item diſſolui reperio.

Adamātis deſcriptio & genera.

Porrò in ſex Adamantem partiuntur genera. Indicus non in auro naſcitur, ſed quadā cum Cryſtallo cognatione, candore placido tranſlucet. Huic proximus eſt Arabicus, minor tantùm, nec alibi quàm in ſynceriſsimo auro generatus. Incudibus & ferreis malleis vterq; deprehenditur: ita nanq;

Probatio.